

64. *Pari modo ad questionem illam, an claudis, luscis, cæci, muti, surdi, iisdem in vita eterna futuri sint obnoxij nature defectibus, negando simpliciter respondemus. & cum Cyrillo statui- mus, nullas corruptionis reliquias, nullum signum defectus post resurrectionem in hominibus futurum, sed quod seminatum in infirmitate, resurrecturum in virtute & gloria. Quid autem est in virtute atque in gloria resurgere aliud, quàm quod omni infirmitate, omniq; corruptionis dedecore procul depulso, ad sinceram incorruptibi- litatem genus humanum rediturum sit?*

65. *De monstrosis verò partibus, de abortivis, an & illi sint resurrecturi, certi nihil defini- mus, cum hac de re tam altũ in sacris literis sit si- lentiũ: divina providetia hoc ipsum cõmittentes.*

66. *Resurrectioni mortuorum vicina & proxi- ma est ἀλλαγή sive Immutatio, & Raptus il- le, qui Scriptura teste in Consummatione seculi, vivis obtinget, qui unã cum mortuis resuscitatis in occursum Domini per aerem in nubibus ἐν ἀ- τόμῳ, καὶ ἐν ῥιπή ὀφθαλμοῦ rapiuntur. 1. Cor. 15. 51, & 52. 1. Thess. 4. 17.*

67. *Queritur autem, cum Corruptioni in In- corruptione locus esse nullus possit; num ἀλλαγή sive Immutatio ista, Mors appellanda sit nec ne? Nos secuti Apostolum, qui non omnes quidem dormituros, sed omnes immutandos pronunciat.*

*respon-*